



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lacrimæ Orbis Universi, Post Primam Protoparentum
nostrorum E Paradiso Exulum culpam, exortæ, In
Universim Genus Humanum, traduce reatu propagatæ,
Ruptis animorum abyssis, Laxatis cordium fontibus, ...**

Schmucker, Mathias

Glacii, Anno 1689

Ex S. Paulino epist. 36. ad Jovium Tributarium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38152

lacrimarum incitamento, suo, & aliorum animatus
emplo, salutis viam temporari disponat, & amice
net & paternè adhortatur.

APOSTROPHE AD EUNDEM

Ex S. Paulino epist. 36. ad Jovium Tributarium

OMnium Poëtarum floribus spiras, omnium Oratorum
fluminibus exundas, Philosophiæ quoque fontibus irrigaris,
peregrinis etiam dives litteris, os Attici favis imple.
Quæso te ubi tunc tributa sunt, cum Theophrastum & Demosthenem
perlegis, vel jam utilitatem de saturitate fastidians
lectionum, Xenophontem, Platonem, Catonem perlectos
revolvis, multosque propterea, quorum nos fortè nomina,
tu etiam volumina tenes? Ut istis occuparis, immunis & liber
Christum, hoc est, sapientiam Dei discas, Tributarius & occupatus es.
Vacat tibi, ut Philosophus, non vacat ut Christianus sis.
Verte potius sententias sis Dei Philosophus, esto Peripateticus Deo.

Ex S. Prospero in sententiis.

Divitiis, & floribus, & Majorum Nobilitate
delectatus: de Patria & pulcritudine corporis, & honoribus,
qui tibi ab hominibus deferuntur, te exornat, respice te ipsum,
quia mortalis es, & quia terra es, in terram ibis: Circumspice
eos, qui ante te sideribus fere splendoribus: ubi sunt, quos
ambiebant civitates potentatus? Ubi insuperabiles Oratores?
Ubi convenientius festa disponebant; Ubi equorum splendor